





CHRISTIANVS WEIDLINGIVS,  
Phil. & J. V. Doct<sup>r</sup>, Comes Palatinus Caesareus  
& Consiliarius Saxonius,

# METHODVM PRÆLECTIONVM HYBERNARVM,

tam Juridicarum, quam Oratoriarum ac  
Philosophicarum,

quarum,  
Adspirante Divina Clementia;

Superato Nundinarum strepitu,

D. XVII. Octobr. A. O. R. MDCCXVIII,  
ALMA IN LIPSIENSI,

auspicatum facturus est auspicium,

*Benevoli Lectoris*

sincero commendat favori, insimulque

Perillustribus, Generosissimis, juxta ac Nobilis-  
simis solidae eruditionis Amasiis,

præter illibatum affectum, catenata  
pollicetur officia.

---

Litteris Johannis Andreae Zschau.



# MICROTHYMUS



Avorem Judicis, seu casum pro amico, prout lo-  
 qui amant JCti, civili in sphaera haud esse lici-  
 tum, extra dubitationis aleam positum. Quis  
 etiam sale prudentiae timororum prudentem non  
 adderet calculum? Dolum sane committere di-  
 citur Judex, qui ex gratia judicare non crube-  
 scit. L. 15. *π. de Judic.* Et quem fugit, Judicem  
 ad ferendam sententiam, secundum perpetuum  
 Legum cynosuram, neuriquam favoris normam, esse obstrictum, *arg. L.*  
*5. C. de LL.*? Quamus etiam silentii sapientia haud involvendum, *Jura*  
 perpetua gaudentia certitudine, ob inficiatam non raro incertitudinem  
 proh dolor! induere. L. 28. *in fin. π. de Judic.* nihil tamén minus, in  
 casu etiam dubio, suum cuique tribuendum esse, vero verius. Qua de  
 causa dubio emergente casu, vel edecumatum peritiorum JCtorum ju-  
 dicium expertendum, vel partes ad amicabilem compositionem inducen-  
 dae, vel controversia per sortem dirimenda. Quoties enim per pruden-  
 tiā humanam non datur decisio, toties, si Jura paria, recurrendum ad  
 prouidentiam divinam. *Vid. §. 23. J. de Legat.* Inficias quidem ire  
 haud licet, deficere minime Leges, quae contrariae sententiae patronis  
 patrocinari videntur: ast tanti roboris eas haud esse existimo, ut nos a  
 veritatis regia trahere valeant. Nam quod 1) concernit L. 24. §. 17. *π.*  
*de Fideicommiss. Libert.* probe distinguendum esse puto, inter manumissionem  
 ex nuda gratificatione & secundum merita instituendam. Nam quia  
 omnes servos manumissionis beneficio bearre haud licet, Judicis est arbit-  
 trari & nonnullos secundum merita eligere. Nec 2) contrariae senten-  
 tie opitulari possunt *L. fin. pr. π. de Religioſ. & ſumt. Fun. L. 3. §. 9. & 10.*  
*π. de Neg. geſt. L. 10. C. de Legat.* Commendatae enim Leges omnes, tan-  
 tum abeſt, ut agant de gratificatione Judicis, ut potius (uti ex omnibus  
 circumstantiis eluēscit,) de affectione privati erga privatū explicandæ  
 veni-

veniant. Multominus 3) aliquid in contrarium facere valet L. 3. §. 4. π.  
de SCro Syllau. quia inspecta & perlustrata etiam integra Lege, neque ex  
verbis, neque mente haurire licet, eadem de Judicis favore esse accipien-  
dam. Etsi etiam 4) libertati, reis, pupillis, minoribus, Ecclesie &c. fa-  
vor exhibendus L. 20. & 125. π. de R. J. L. 72. π. de Jure Dot. comen-  
dandum tamen dicerim inter favorem publicum & privatum, secun-  
dum & contra Leges exhibitum. Privatus cumque Legibus pugnans  
maxime prohibitus, non ita publicus, qui Legibus nititur. vid. B. Stryk.  
*Annos. ad Inst. Inp. p. m. 12.* B. Struv. in *Synt. Jur. Crv. Exc. II. §. 53* p. 73.  
*Evolut. Controv. Exc. II. §. 53* p. 54. D. Ostermann. in *Rational. ad Inst.*  
p. II. Favorem tamen vel calum pro amico, morali in sphaera, non solum  
admittendum, sed & maxime commendandum esse, dubio omni caret.  
Tener enim aliquem magis gratificari illi, cui arctiori vinculo est obstri-  
ctus, certo certius. vid. Illust. Pufend. *Off. Hom. & Crv.* p. 119. Sicut itaque  
ex haec tenus dictis sole meridiano clarius patescit, favorem, quem Judex,  
repugnantibus etiam Legibus, indulget, viruperium mereri: ita & contra  
illum, quo bonae monetae Doctores Suavissimos tuos Commititones  
beant, laude esse evehendum. Toties itaque laetor, quoties occasionem  
nancisco, indefessos ac modestos Litterarum Cultores favoris refocil-  
lare documentis. Quot enim, semestre per hoc spatium, informatione  
mea Juridica, Oratoria & Philosophica usi, tot sane fisto testes, omni ex-  
ceptione maiores (absit ja cantia!) illibati affectus & catenatae industriae.  
Perducunt itaque, non absque larga messe, ad umbilicum Collegii superio-  
ribus Nundinis intimatis, ad aperienda alia quovis auro pretiosior me in-  
vitat Generosissimorum pariter ac Nobilissimorum Dominorum Studio-  
rum favor. Quare posthabitis omnibus nocivis feriis D. XVII. Octobr.  
auspicaturus sum

**I. Collegium Digestorum, Explicatorio-Exami-  
natorium** ad inculcandam eruditam Schopfferi Synopsin, & quidem  
utilissima hac methodo, ut asserta nobiliora Juridica validis rationibus  
corroborare, ab objectionibus & Legibus obstantibus liberare, usumque  
Practicum una cum cautelis Juridicis instillare, inque peculiari hora, dubia  
Dominorum Commititonum discutere annitar, & quidem, hora VIII.  
antemeriana,

**II. Institutionale Explicatorio - Examinatorium,**  
in quo ita megeram, ut vel Magn. Menckenii Vsum Theoretico - Prati-  
cum, vel B. Struvii Jurisprudentiam Rom. Germ. vel B. Hoppii Examen  
hora XI. antemerid. & II. pomerid. in succum & sanguinem converte-  
re allaborem,

**III. Disputatorium Juridicum, in quo , communicato  
proces-**

processu Opponendi , Respondendi & declinandi stratagemata , binas  
per septimanam horas Jurisprudentiae Polemicæ dicabimus ,

IV. Feudale , ad instillandum , laudata methodo , B. Strykii  
Examen Juris Feudalis , singulis diebus Mercur. & Sabb. hora IV.

V. Historicum ad illistrandam ac inculcandam Historiam  
Imperii ab Illustri Langio , Regio Consiliario , nitide juxta ac eruditè de-  
lineatam , hora IV. pomeridiana ,


VI. Philosophicum , Explicatorio-Examinatorium ,  
ad communicanda Praecepta mea Moralia , Politica & Pneumatica Illust.  
Pufendorffii principis innitentia hora XI ,

VII. Oratorium Theoretico-Practicum , tam expli-  
cando , quam elaborando Oratoriam Civilem , Academicam & Auli-  
cam tradens . D. Merc. & Sabb. hora X.

Reliqua Collegia , jamjam incepcta , Publicum scilicet ad Praecepta mea  
Juri Publici hora II. D. Merc. & Sabb. Oratorium Practicum in Tem-  
plo D. Paulo dicato hora IX. D. Mercur. aliaque privatissima horis con-  
fuetis continuare haud pigrabor . Vos igitur , Aestumatisissimi Domini  
Commitentes , ad audiendum frequentes constantesque comparere  
meque favore Vestro reciproco bearre haud intermittatis . Indefessam  
daturus sum operam , ut singulis auditionibus novo eruditionis gradu  
decorati recedatis . De cetero expeto mihi catenatum Vefrum affe-  
ctum hocque pretiosissimum donum haud fucato amore ac favore red-  
holstire allaborabo . Summum Numen , quod acturi sumus , clementer  
approbet & tam Reipublicae Litterariae , quam in primis Illustri huic

Academiae , bene evenire sinat . P. P. in Alma Lipsiensi D.

VIII. Octobr. A. O. R. MDCCXIX.



78 M 496



TA-DO

K018

b7



44

# CHRISTIANVS WEIDLINGIVS,

Phil. & J. V. Doctor, Comes Palatinus Caesareus  
& Consiliarius Saxonicus,

# METHODVM PRÆLECTIONVM HEDDVMARVM,

tam Ju B.I Bla  
18 1  
7  
or Or  
Oratoriarum ac  
rum,

D.XV

Perillustri Red s, juxta ac Nobilis-

